

14449 233 308
PROGRAMMA

DE

PRAESTANTIA CALENDARIORVM
BRITANNICORVM, ET GALLICORVM,
GERMANIS IMITANDA,

QVO

AD CONSVETAM PANEGYRIN,
FINITA LVSTRATIONE GYMNASII GOTHANI
CELEBRANDAM,
ET AD ORATIONES
TRIVM IVVENVM FLORENTISSIMORVM

D. VI. AVG. A. C. CIO 1836 XXXVI

HORA VII MATVT.

BENIGNE AVDIENDAS

MAECENATES, PATRONOS, FAVTORES,
CVLTORES LITTERARVM, SVIS QVOSQVE
NOMINIBVS VENERANDOS,

QVA PAR EST OBSERVANTIA, INVITAT

IO. HENR. STVSS

GYMN. RECT.

GOTHAE, LITERIS REYHERIANIS.



Ab Kalendar

Σ Υ Ν Ο Ψ Ι Σ.

- I. *Calendariorum Britannicorum praestantia generatim indicatur.*
- II. *Eadem speciatim exemplis declaratur.*
- III. *Calendariorum Gallicorum praestantia exemplis ostenditur.*
- IV. *Consilium de emendandis Calendariis Germanicis vulgaribus, & edendo Calendario Latino proponitur.*
- V. *Restitutio aliqua memoriae Sanctorum, huiusmodi Calendario inferenda, commendatur.*
- VI. *Inuitatio ad audiendas orationes adiungitur.*

I.

Britannia, quae tantum suauitatum, tantum elegantiarum ac deliciarum habet, vt multa volumina illis enarrandis haud sufficiant; cuiusque ephemerides bona fruge plenas superiori programmate paullo penitius lustrare visum est; iam aliud, itidem paucioribus notum, nec tamen cognitu minus dignum, nobis suggerit argumentum, cuius considerationi hac quidem scriptiuncula immorari lubet. Notitiam nempe *Calendariorum Britannicorum*, quorum a. *MDCCLXXVII*. Londini impressorum festiua mihi obtigit copia, cum lectoribus, hasce amoenitates haud fastidientibus, communicare, & consilium de iis, quae, aequae ac Gallica nonnulla, maxime laudabilia & imitatione digna habent, in Germania quoque imitandis, proponere animus est. Haec autem in eo praecipue sunt posita, quod praeter vulgaria ista, quae ad temporum notationem pertinent, neque a fastis abesse queunt, praeterque plura ex astronomia adcuratiore decerpta, breuem regum suorum chronologiam, & potiora, quae in terris maxime patriis acciderunt, memorabilia exhibeant, adeoque libelli memorialis vicem praestent, & multa praeterea contineant arguta atque elegantia, titulisque ipsis eruditi quid prae se ferant.

II. Exemplis res fiet clarior. Exstat Calendarium Britannicum, cui titulus, *MERLINVS LIBERATVS*: a) *an Almanack Together*

ther with the Protestant Remembrancer continued: in a short Dissertation on the Idolatry of the Church of Rome, and her inhuman Principles and Practice in murdering Protestants, &c. by John Partridge. Praemissum est carmen sale & aceto abundans, quo pontificii tot diuorum cultores cum antiquis idolorum cultoribus comparantur. b) Idem Calendarium singulis mensibus adscripta habet encomia poetica regum Angliae, & maxime Georgii I. c) atque sub finem inter alia enarrat horrendam illam Polonorum, qua a. MDCCCXXIV. Thorunii supplicis in protestantes saeuierunt, crudelitatem; idque omni studio agit, vt lectores suos amore regis, atque odio Papae, & abominatione tyrannidis Romanae impleat. Exstat & aliud, quod inscribitur, GREAT BRITAIN'S DIARY, or the Union-Almanack for the Year of our Lord 1727. being the thirt after bissextile, or Leap-Year and the twentieth Year after the glorious and happy Union concluded between the two Nations of England and Scotland, containing many curious and profitable Particulars, &c. Habet autem inter alia tabulam omnium regum Angliae ab Egberto ad Georgium I. & regum Scotiae a Kennetho II. qui primus Scotis & Pictis simul imperauit, ad eundem Georgium I. Praeterea occurrunt, THE LADIES DIARY, OR THE WOMAN'S ALMANACK - - containing many delightful and entertaining Particulars, peculiarly adapted for the Use and Diversion of the Fair-Sex. Hoc Calendarium, quod dicitur mulierum, & speciatim in usum atque delectationem sexus pulchrioris compositum perhibetur, fere non nisi Hypatias, Eudoxias, Marias Cunitias, & hisce similes, rerum mathematicarum penitiori scientia imbutas, oblectare posse videtur. Proponit enim quaestiones arithmeticas, geometricas, algebraicas, & aenigmata grauia, sublimia, elegantia, solutionesque eorum, quae superiori anno fuerant proposita. e) PARKER'S EPHEMERIS praeter demonstrationes astronomicas, & tabulas, quibus planetarum motus geocentrici & heliocentrici ex hypothesis Copernicana exhibentur, habet chronologiam rerum in historia Britannica maxime memorabilium, metro adstrictam. f) Ολύμπια Δώματα, or an Almanack - - by John Wing, praeter chronologiam regum Angliae, tabulas exhibentes distantias praecipuarum urbium;

vrbiū per vniuersum orbem, & differentiam meridianōrum, item
accessum lunae ad meridianum per singulos anni dies, ad noscen-
dum fluxum & refluxum maris, habet etiam regulas eximias co-
gnoscendi aeris mutationes. ΕΦΗΜΕΡΙΣ, OR A DIARY ASTRONOMI-
CAL, ASTROLOGICAL, METEOROLOGICAL, by Job Gadbury,
omnium planetarum loca singulis diebus adscripta, tabulam domo-
rum caelestium pro thematibus natalitiis, & alia huiusmodi habet.
VOX STELLARVM - - by Francis Moore, inter alia exhibet tabu-
lam complectentem longitudinem, latitudinem, ascensionem rectam
& arcum semidiurnum praecipuarum stellarum fixarum. APOLLO
ANGLICANVS - - by Richard Saunder, tabulis ad meridianum Lei-
cestriensem 52. gr. 41. min. latitud. computatis, mediisque adeo An-
gliae prouinciis maxime inferuentibus, iungit luculentam prae aliis
instructionem & tabulam de aequatione dierum naturalium, & ho-
rologiorum examine atque directione ad horas solares, ob diuersam
solis in apogaeo & perigaeo a terra distantiam, nunc longiores, nunc
breuiores; notat etiam singulis diebus stellas fixas, quibus luna est
proxima, simulque cum Iuliano Calendarium Gregorianum exhibet,
quod in aliis non reperitur: denique & geographiae mathemati-
cae, & geometriae elementa paucis tradit. TE BRITISCH TEL-
LESCOPE, being an Ephemeris of the coelestial Motions with an Al-
manack - - containing both the Heliocentrick and Geocentrick Motions
of the Planets, &c. by Edmund Weaver. Insigne hoc & maxime a-
stronomicum Calendarium praeter ephemerides plenas, describen-
tes loca & aspectus planetarum in dies singulos, continet tabulam
exhibentem parallaxin lunae horizontalem in meridie per totum
annum, item tabulam immerfionis & emerfionis primi satellitis Io-
uis, & tabulam, ortum, culminationem & occasum praecipuarum
stellarum fixarum in aequinoctio verno describentem; regulasque
& exempla de vsu harum tabularum, nec non descriptionem plenio-
rem eclipsium, vberem chronologiam rerum memorabilium, &c. g)
GREAT NEWS FROM THE STARS, by William Andrews. MER-
LINVS ANGLICVS IUNIOR, or the Starry Messenger, by Henry Co-
bey. THE CELESTIAL DIARY, by Salem Pearse. Haec etiam
tria

tria Calendaria, aequae ac superiora, varias tabulas astronomicas & chronologicas, aliaque erudita exhibent. Denique exstat & Calendarium multa habens iocosa & ludicra, cui tit. POOR ROBIN, quod & nomen auctoris. h)

a) MERLINUS ille, cuius nomen huic Calendario, et alteri illi, quod dicitur, *Merlinus Anglicus iunior*, praescriptum, fuit quasi Apollonius quidam Thyaneus Britannorum, artibus quippe magicis, & vaticiniis mire celebratus, qui sub finem saeculi V. & initium VI. floruit, (non autem saec. XVI. uti in tribus editionibus lexicum erudit, biograph. perperam legitur, praeposito nomine *Ambrosii* ex male inspecto lexico Hofmanniano, quod habet: Merlinus Anglus, saec. 6. mathematicus. Rectiora dat lexicon vniuers. histor.) CAMBDENVS in *Britannia* sua, ubi describit Comitatum Walliae, *Caermarden-Shire*, & speciatim castrum regium, Caermarden, quod ipsi Britanni *Caerfyrdrbin*, Ptolemaeus *Mari-dunum* dicit, haec habet: *In hac natus est Britannorum Tages, Merlinus scilicet noster. Ut enim ille Genii filius aruspicinam suis Hetruscis, ita hic incubi filius, vaticinia, immo mera Orestis somnia nostris Britannis effinxit. Unde in hac insula apud credulam & imperitam plebem vates celeberrimus audit.* Obiter lectorem, de *Tage*, quo cum Cambdenus Merlinum comparat, plura nosse cupientem, inspicere inprimis iubeo CICER. *de diuinat. lib. II. c. 23.* & OVID. *Metam. lib. XV. v. 533. seqq.* Ceterum de Merlino, cryptaque Richmondensi hydraulica, ab eo nomen sortita, hodiernis illis augustissimae M. Britanniae Reginae, CAROLINAE deliciis, plura legere potest, cui copia datur libri, hoc anno Londini in lucem editi, inque Nouellis litter. Lips. p. 257. memorati, *The Rarities of Richmond, being exact descriptions of the Royal Hermitage, and Merlin's Cave, with his Life and Prophecies.*

b) Initium laudati carminis in Pontificiorum idololatriam ita habet:

Among the Pagans there were little Odds
Between their Fuel, and their wooden Gods,
The Log, that in the Wood-yard lies, may prove,
As the Chance hits, a *Billet*, or a *Jove*.
'Tis as it haps: He's worshipp'd, or he's burn'd,
Or to a God, or to a Gate-post turn'd.
Of the like Folly we may *Papists* blame,
Their *Deity* and *Dumpling* are the same..

c) En vnum alterumque specimen huiusmodi epigrammatum, pietatem in Patres Patriae testantium. Mensi Aprili praefixum est epigramma in regem Guilielmum III. quo equiti Georgio cuius memoria d. XXIII. Apr. celebratur, eo

nomine longe idem antefertur, quod hic, vti habet traditio, non nisi vnam virginem, rex autem ecclesiam & rempublicam exitio liberarit,

St. George for England is in April found,
 But th' eleventh Day to me is more renown'd,
 King William and Queen Mary then were crown'd,
 King William 's the best Champion e're were had,
 Who think St. George a better, must be mad,
 St. George to save the Maid a Dragon slew,
 King William saved both Church and People too.

Mensis Maius habet epigramma in GEORGIUM I. natum die xxviii. huius mensis, sub cuius clementissimo moderamine non solum ver & aestatem, verum etiam tristia anni tempora, autumnum adultum, & asperam hiemem Britannis adridere dicit.

What signifies the flow'ry Month of May
 Without King George's Eight and Twentieth Day?
 What had the Summer been, and what the Spring,
 What Fruit and Flow'rs without our glorious King?
 His gentle Sway the tedious Year beguiles,
 Old Autumn blossoms, and rough Winter smiles.

d) Cum instituti mei ratio ita postere, neque lectoribus eruditis ingratum fore videatur, breuem illam tabulam regum Angliae, quam pleraque Calendaria Britannica, habent heic infero,

| Kings Names | Reign- beg. | Ye- ars. | Kings Names | Reign- beg. | Ye- ars. |
|--------------------|----------------|-------------|---------------------|----------------|-------------|
| <i>Saxon Line.</i> | | | | | |
| 1 King Egbert | 819 | 17 | 14 Ethelred II. | 978 | 38 |
| 2 Ethelwolf | 836 | 21 | 15 Edmund II. | 1016 | 1 |
| 3 Ethelbald | 857 | 3 | <i>Danish Line.</i> | | |
| 4 Ethelberd | 860 | 6 | 16 Canutus I. | 1017 | 18 |
| 5 Ethelfred I. | 866 | 6 | 17 Harold I. | 1035 | 5 |
| 6 Alfred | 872 | 29 | 18 Canutus II. | 1040 | 2 |
| 7 Edw. I. Sax. | 901 | 23 | 19 Edw. Confessor | 1042 | 24 |
| 8 Ethelston | 924 | 16 | 20 Harold II. | 1066 | 9 m. |
| 9 Edmund I. | 940 | 6 | <i>Norman Line.</i> | | |
| 10 Ethelred | 946 | 9 | 21 William I. Conq. | 1066 | 21 |
| 11 Edwin | 955 | 4 | 22 William II. Ruf. | 1087 | 13 |
| 12 Edgar | 959 | 16 | 23 Henry I. | 1100 | 35 |
| 13 Edw. II. Sax. | 975 | 3 | 24 Stephan. | 1135 | 19 |

| <i>Saxon Line Restor'd.</i> | | | <i>Families United.</i> | | |
|-----------------------------|--------------|-----------|-------------------------|---------------|---------|
| 25 | Henry II. | 1154 35 | 39 | Henry VII. | 1485 24 |
| 26 | Richard I. | 1189 9 | 40 | Henry VIII. | 1509 38 |
| 27 | King Iohn | 1199 17 | 41 | Edward VI. | 1547 6 |
| 28 | Henry III. | 1216 56 | 42 | Qu. Mary I. | 1553 5 |
| 29 | Edward I. | 1272 35 | 43 | Qu. Elizabeth | 1558 44 |
| 30 | Edward II. | 1307 19 | <i>Kingdoms United.</i> | | |
| 31 | Edward III. | 1326 51 | 44 | James I. | 1603 22 |
| 32 | Richard II. | 1377 22 | 45 | Charles I. | 1625 23 |
| <i>Lancaster Line.</i> | | | 46 | Charles II. | 1648 36 |
| 33 | Henry IV. | 1399 13 | 47 | James II. | 1684 4 |
| 34 | Henry V. | 1413 9 | 48 | Mary II. | 1688 6 |
| 35 | Henry VI. | 1422 38 | 48 | William III. | 1688 13 |
| <i>York Line.</i> | | | 49 | Qu. Anne | 1702 13 |
| 36 | Edward IV. | 1460 22 | 50 | K. GEORGE I. | 1714 13 |
| 37 | Edward V. | 1483 2 m. | 51 | K. GEORGE II. | 1727 9 |
| 38 | Richard III. | 1483 2 | whom God preserve. | | |

Ex hac tabula inter alia patet, quod Britanni, nulla plane Cromwelli mentione facta, initium imperii Caroli II. referant in annum Carolo I. fatalem 1648; item quod Mariam II. iuxta cum rege Guilielmo III. pro regina vere imperante habeant, e) En exemplum aenigmatis, lingua Gallica scripti, insertique calendario oblectandis foeminis destinato, quod quidem solutu facile erit unicuique, qui libros nouit.

Je tiens comme les Dieux registre des Pensées,
 Je fixe la Parole, & je luy donne un Corps,
 Du Temple d' Apollon j' ouvre tous les Thresors,
 Et fais voir les absens, & les choses passées.
 Mes forces par le Tems jamais ne sont usées,
 Et mes Charmes puissans resuscitent les Morts,
 Je fais, que du Cocyte ils repassent les Bords,
 Et viennent triompher des Parques abusées.
 J'entretiens les plus sourds sans Parole & sans Bruit,
 Je passe à ma Conteur pour Fille de la Nuit:
 Mais je mets au jour les plus cachez Mysteres,
 J'instruis cet Univers de l'un à l'autre Bout,
 Et quand on me consulte a fin de sçavoir tout,
 (Ainsi, qu'un Enchanteur) j'use des Caracteres.

f) Spe-

f) Specimen chronologiae rerum memorabilium metricae, e Parckeri Ephemeride a. 1727. excerptum hoc esto.

Since good King Charles resign'd his Royal Head. 78

Since Vertue Truth and Justice all lay dead 78

Since the Beginning of the *Quackers* sect 77

Since *Nol* usurp'd the Power to protect 73

Since Death and Vengeance did for *Cromwell* call 69

Since *Dick*, his Son did from his Greatness fall 69

Since *Charles de Second* thro Whitehall return'd 67

Since good Man fort' rejoyc'd, and Rebels Mourn'd 67

Sciendum *Nol*, & *Dick* Britannis esse *Nicknames*, nomina ludicra, pro *Oliver*,
& *Richard* qualia plura exponit *Bentham* in *Engl. Schul- und Kirchen-*
Staat p. 745. edit nouiss.

g) Iam syllogen quandam memorabilium Anglicanorum, vulgo minus cognitorum, e laudatis hisce Calendariis hinc inde decerptam, partim Latine, vt a pluribus intelligi queat, subiungo.

A.C. 596 The Tower of London built.

635 Cambridge made an University.

655 Painting, Glazing, and Building with stones brought into England by one *Bennet*, a Monck. H. e. Ars pingendi vernice obducendi & aedificandi lapidibus illata in Angliam per quendam *Bennetum*, monachum.

872 The University of Oxford founded.

1209 London-Bridge built with Stone.

1346 Knights of the Garter, (equites periscelidis) ordained by Edward III.

1380 The first Use of Guns. Primus vsus tormentorum bellicorum.

1459 The Art and Mystery of Printing brought into England. Typographia in Angliam illata.

1534 The Pope's Authority abrogated.

1551 The great contagious sweating Sickness. Lues sudorifera, seu sudor Anglicanus.

1555 Coaches first used in England. Primus carpentorum vsus in Anglia.

1559 Monasteries suppressed.

1585 Tobacco first used in England.

1605 The Powder-Treason. Coniuratio pulueraria.

1607 The Bible new translated.

1630 New England planted.

1642 The Rebellion in Ireland broke out in a most bloody manner against Prote-

Protestants there, so that in two Months space the innocent Protestants were murdered no less than two hundred thousand Persons.

1666 13200. Houses burnt in London. Sept. 2. 3. 4. 5.

1692 A great Earthquake, (magnus terrae motus) in England. Sept. 8.

1698 The Zaar of Moscovy at London.

1707 England and Scotland united, and called Great Britain. 1. May.

Mitto notata insignia praelia, reportatas victorias, foedera sancita, rebelliones oppressas, crimina laesae maiestatis punita, dies natiuitatis, coronationis, mortis regum atque reginarum, pestes, hiemes, & tempestates asperrimas, meteora singularia, aliaque ἀξιωματικώτεραι.

h) Quale sit hoc Calendarium vel ex titulo pleniori cognosci potest, qui ita habet: POOR ROBIN, an Almanack after all Fashions Old and New: wherein the Reader may find many Things worth observation, that never happen'd before, nor perhaps never may again. Containing a twofold Calendar, Viz: The good, old, true, plain English Account, and their red letter'd Saints and Holy-Days; and also the newfashioned infatuated Account, with their black letter'd Saints posted in a proper Place. Habet autem festa & nouos sanctos huiusmodi. 1. Apr. All Fool's Day. Herostratus. Mahometh. Amadis. Pasquil. Sisyphus. Zoilus. Prester-John. Sennacherib. Tyburn. Nero. Knapperdolling. Charon. Momus. Hudibras. Smeftimus. &c.

Ceterum inter memorabilia sua refert, quod non habent alii, elapsos esse annos 368. ex quo Angli pugnantes inter se commiserint gallos gallinaceos, atque ea propter expositos fustibus petierint. Since Cock-fighting and Throwing at Cocks came in Fashion, 368. Tum inde originem vocis contumeliosae Coxcomb deriuari posse innuit, proposita hac quaestione: Whether these Practices of fighting Cocks, and Throwing at them with Sticks, (being so ridiculous for those, that call themselves Men, to follow) be not the Occasion of Men in Contempt calling one another Coxcomb?

II. Satis iam lustratis Anglicis, Gallica etiam Calendaria, si placet, mecum contemplantur lectores, ab hisce nostri temporis deliciis haud alieni. Horum autem non nisi vnum alterumque imitatione nostra dignum proponere queo. Primum est LE CALENDRIER DE LA COVR, tiré des Ephemerides, contenant le lieu, le lever, & le coucher du Soleil, & de la Lune &c. pour l'Année bissextile 1736. Avec la Naissance des Rois, Reines, Princes, & Princesses, &c. Imprimé pour la Famille Royale, & Maison de Sa Maj. a Paris. Hoc Calendarium, praeter astronomica in titulo memorata, docet, quo die per hebdo-

)(

madem,

madem, & quibus confiliariis atque adfessoribus conueniant suprema regni collegia; quatenam Secretariorum status, & eorum qui re- ditibus regiis, & commerciis terra marique, &c. praesunt, sint ex- peditioes. Tum dies natales, ac deinde peculiari tabula dies obi- tus praecipuorum huius saeculi per Europam regum ac principum vtriusque sexus copiose refert. Praeterea Equites ordinis S. Spiritus; inde nomina XVIII. archiepiscoporum, & CXII. episcoporum Galliae distincte recenset. Tabulam denique cardinales Romanae ecclesiae secundum tempus creationis, & diem natiuitatis suae exhi- bentem, & postremo tabulam aequationis horologiorum, nonnulla- que de mensuris & ponderibus subiungit. Alterum pluribus refer- tum memorabilibus, quasi Ilias in nuce, hunc habet titulum: *ETREN- NES MIGNONES, curieuses & utiles, augmentees pour l'Année 1734.* Elles contiennent: Un Calendrier exact des jours de l'Année. La creation du monde, & son antiquité. La composition du monde, & son mouvement. La variété de la vie des hommes. Etendue de la terre, & ses parties. Genealogie des Maisons regnantes. Idée de la France, ses Provinces, ses villes Capitales, ses Riuieres. Chro- nologie des 65. Rois. Les 37. Gouvernemens generaux. Les 30. Intendances. Les Officiers de Justice. Les Officiers d'Armée. Les Ordres de Chevalerie. Le detail de Paris. Les Academies. Les Bibliothèques publiques. Les Archevêchez, & Evêchez. L'éta- blissement des Ordres Monastiques & Religieux. Origine des Cu- rieuxités ecclesiastiques. Origine des Curieuxités naturelles. Ori- gine de differens Arts. Origine de differens Usages. Curiosités diverses. Chronologie de choses remarquables. i)

i) En excerptam ex admirabili hac copia tabulam chronologicam regum Galliae. *Chronologie des soixante-cinq Rois de France en trois Races.* Cette année 1734. est la 1316. depuis l'établissement de la Monarchie en 418.

Race des Merovingiens, 21. Rois en 333. ans,

| Noms. des Rois. | Commenc. du Regne, | Durée du Regne. |
|-----------------------|-----------------------|--------------------|
| 1 Pharamond | 418 | 10 |
| 2 Claudion le Chevelu | 428 | 20 |
| 3 Merouée | 448 | 11 |
| | | 4 Chil- |

| | | |
|--|-----|----|
| 4 Childeric I. | 459 | 22 |
| 5 Clovis I, le Grand | 481 | 30 |
| <i>De qui sont sortis les Rois d'Austrasie.</i> | | |
| 6 Childébert I. | 511 | 47 |
| <i>Ses deux Filles exclües de la Couronne; son Frere succede; premier usage de la Loi Salique.</i> | | |
| 7 Clotaire I. | 558 | 3 |
| 8 Cherebert | 561 | 9 |
| 9 Chilperic I. | 570 | 14 |
| 10 Clotaire II, le Grand | 584 | 44 |
| 11 Dagobert I. | 628 | 16 |
| 12 Clovis II, | 644 | 18 |
| 13 Clotaire III, | 662 | 14 |
| 14 Childeric II. | 676 | 4 |
| 15 Thierry I, | 680 | 14 |
| 16 Clovis III, | 694 | 4 |
| 17 Childébert II, le Juste. | 698 | 13 |
| 18 Dagobert II. | 711 | 5 |
| 19 Chilperic II. | 716 | 4 |
| 20 Thierry II. | 720 | 23 |
| 21 Childeric III, P Idiot. | 743 | 8 |
| <i>Race des Carlovingiens, 15. Rois en 236. ans.</i> | | |
| 22 Pepin le Bref, | 751 | 17 |
| 23 Charlemagne. | 768 | 46 |
| 24 Louis I, le Debonnaire, | 814 | 26 |
| 25 Charles I, le Chauve | 840 | 37 |
| 26 Louis II, le Begue. | 877 | 2 |
| 27 Louis III, & Carloman. | 879 | 6 |
| 28 Charles II, le Gros. | 855 | 3 |
| 29 Eudes. | 888 | 10 |
| 30 Charles III, le Simple . | 898 | 25 |
| 31 Raoul. | 923 | 13 |
| 32 Louis IV, d'Outremer. | 936 | 18 |
| <i>Ici cesse le Partage du Royaume.</i> | | |
| 33 Lotaire | 954 | 32 |
| 34 Louis V, le Faincant | 986 | 1 |
| <i>Race des Capetiens, 31. Rois en 747. ans.</i> | | |
| 35 Hugues Capet | 987 | 10 |
| 36 Robert le Devot | 997 | 34 |

D' ou sortent les anciens Duc de Bourgogne, & les Rois de Portugal.

| | | |
|----------------------|------|----|
| 37 Henry I. | 1031 | 29 |
| 38 Philippe I. | 1960 | 48 |
| 39 Louis VI. le Gros | 1108 | 19 |

D' ou sortent les Comtes de Dreux.

| | | |
|-------------------------|------|----|
| 40 Louis VII. le Jeune | 1137 | 42 |
| 41 Philippe II. Auguste | 1179 | 43 |
| 42 Louis VIII. le Lyon | 1223 | 3 |

D' ou sortent les Comtes d' Artois.

| | | |
|--------------------|------|----|
| 43 Louis IX. Saint | 1226 | 44 |
|--------------------|------|----|

Origine des Ducs de Bourgogne.

| | | |
|---------------------------|------|----|
| 44 Philippe III. le Hardi | 1270 | 15 |
|---------------------------|------|----|

Origine des Valois & Rois de Navarre.

| | | |
|------------------------|------|----|
| 45 Philippe IV. le Bel | 1285 | 29 |
| 46 Louis X. Huttin | 1314 | 2 |
| 47 Philippe V. le Long | 1316 | 6 |
| 48 Charles IV. le Bel | 1322 | 6 |

Branche des Valois, 13. Rois en 260. ans.

| | | |
|---------------------------|------|----|
| 49 Philippe VI. de Valois | 1328 | 22 |
| 50 Jean le Bon | 1350 | 14 |

D' ou sortent les Rois de Naples & de Sicile.

| | | |
|----------------------------------|------|----|
| 51 Charles V. le Sage | 1364 | 16 |
| 52 Charles VI. le bien aimé. | 1380 | 42 |
| 53 Charles VII. Victorieux, | 1422 | 39 |
| 54 Louis XI. le Prudent. | 1461 | 22 |
| 55 Charles VIII. | 1483 | 14 |
| 56 Louis XII. Pere du Peuple. | 1498 | 17 |
| 57 François I. Pere des Lettres, | 1515 | 32 |
| 58 Henry II. | 1547 | 12 |
| 59 François II. | 2559 | 1 |
| 60 Charles IX. | 1560 | 14 |
| 61 Henry III. | 1574 | 15 |

Branche de Bourbon, 4. Rois en 145. ans.

| | | |
|-----------------------|------|----|
| 62 Henry IV. le Grand | 1589 | 21 |
|-----------------------|------|----|

D' ou sort la Branche de Condé.

| | | |
|-------------------------|------|----|
| 63 Louis XIII. le Juste | 1610 | 33 |
|-------------------------|------|----|

D' ou sort la Branche d' Orleans.

| | | |
|------------------------|------|----|
| 64 Louis XIV. le Grand | 1643 | 72 |
| 65 Louis XV. | 1715 | 19 |

Né

Né à Versailles le 15. Fevr. 1710.
Sacré a Reims le 25. Octobre 1722.
Marié à Fontainebleau le 5. Sept. 1725.
Pere de 7. enfans à 24. ans a. 1734.

Hic Chronologiae regum Galliae, quam aeque ac superiorem illam regum
Angliae lectoribus historias adamantibus, vel eo nomine, quod in ipsis his gen-
tibus cultissimis publice ita comprobata sit, gratam, et studiosae iuventuti, cui
etiam huiusmodi schediasmata inferuire debent, vtilem fore credo, adiungo
saltem memorabilia quaedam ecclesiastica, quorum fides sit penes auctorem, et
alia miscellanea, e Calendario illo aureolo, quod suo iure inscribitur, ETRENA-
NES MIGNONES, *Strenae quae in deliciis esse queant*, decerpta.

CURIOSITÉS ECCLESIASTIQUES.

- ▲. 119 L'eau benite dans l'Eglise.
200 Etablissement des Cimetieres. On enterroit sur les grands Chemins.
314 Benedictions des Eglises & des Vases sacres.
315 Images des Saints dans les Eglises.
367 S. Damase ajouta le *Gloria Patri* aux Pseaumes, & fit chanter *Alleluja*;
c' étoit le premier mot qu'on aprenoit aux petits Enfans.
382 Origine de la Dixme ecclesiastique.
387 Mariage des Prêtres defendu.
398 Le Pain-beni dans les Eglises.
410 Cloches dans les Eglises par S. Paulin.
483 Les Dédicaces des Eglises.
535 Les Processions des Dimanches.
586 Recitation du Breviaire ordonnée, &c.

ORIGINE DES DIFFERENS ARTS.

Les Moulins d'aujourd'hui inventés par les Romains, ont commencé en Fran-
ce en 515.

L'an 850. Montres à ressort inventées.

- 1020 Notes de la Musique par Guy Aretin.
1100 Les Tapisseries de Haute-Lisse.
1260 La Bouffole par Marc Paul.
1300 Les grosses Horloges, celle du Palai à Paris est la premiere en France.
1300 Poudre à Canon par Schwart Cordelier.
1388 Les Canons & Mousquets.
1400 Peintures en Huile par Jean de Bruges.
1450 L'Imprimerie à Mayence par J. Fust & Guyttemberg. &c.

L'an 400. commença le nom d'Archevêq.

515 On commença à pendre en France.

555 Vers-à-Soye en Europe.

658 Les Orgues dans les Eglises. &c.

IV. Ex hisce speciminibus iam satis abundeque patet, Calendaria Britannica & Gallica, vulgaribus nostris, in quibus praeter summe necessaria nihil fere est quod lectorem ultra vulgus sapientem alliciat, instruatque, multis modis antecellere, dignaque adeo esse, quae in exemplum proponantur. Vulgaria dum dico Calendaria, excipio magna illa & pretiosa, Viennensia, Dresdensia, Norimbergensia, Augustana, ad noscendum statum aularum, & intelligenda insignia magnorum regum ac principum, comparata; nec non Calendaria astronomica, item historico-geographica Berolinensia, quae cum censura & adprobatione Societatis scientiarum regiae Prussicae eduntur. His enim suum certe manet pretium. Sed & illa, quibus vulgo utimur, Calendaria, eruditius & elegantius concinnari, maiori-que rerum memorabilium copia instrui velim. Quidni enim talis tabula Imperatorum Romanorum, & Romano-Germanicorum, qualem regum suorum suis fastis inserunt Britanni & Galli, nostris etiam inseratur? quidni Calendaria, quae in diuersis Germaniae provinciis imprimuntur, suorum quaeque Principum annales in epitomen redactos, aliaque maxime memorabilia adiungant? quidni contra putidae illae fabulae, quibus calendariographi quidam infrunitam plebem oblectare student, eiiciantur? quidni eruditi, quibus emendationem talem in publica commoda, vel suadendo, vel iubendo, procurandi facultas est, huius rei curam suscipiant? quidni, cum lingua Gallica, & elegantiae Gallicae aulis Germaniae tantopere placeant, Calendaria Gallica, quae simul sint concinna rerum scitu & memoratu dignissimarum compendia, etiam in Germania typis excusantur? quidni denique magna illa respublica litteraria, quae ingenti copia suos habet annales, sua acta, suas ephemerides, & nouellas eruditas, etiam hisce in posterum adiungat Calendaria Latina, summa capita recentioris historiae litterariae, in gratiam studiosorum in scholis & academiis iuuenum, complectentia? Sane, si do-

ctis

his hoc institutum probetur, specimenque huiusmodi Calendarii desideretur, facili quidem negotio id posset exhiberi.

V. Atque illud etiam ad commendationem vsusque maiorem talis enchiridii pertinere videtur, si notitia nominum, singulis diebus olim adscriptorum, paucis inferatur, atque adeo memoria Sanctorum, inter nos fere obliuioni tradita, quodammodo restituatur. Operae enim pretium est, haec ipsa, quae inter pontificios etiam rude cetera vulgus e breuiariis & precationum libellis nosse potest, non ignorare nostrates, & speciatim historiae ecclesiasticae studiosos. Hos vero, neque enim peritioribus haec scribuntur, sequentes, quas per summa capita propono, notare velim obseruationes. Primis statim saeculis vbique fere locorum in ecclesia vsitata fuere, vti & hodie, ipsa exigente necessitate, in vsu sunt, diptycha sacra, siue fasti & annales ecclesiastici, *Kirchen-Bücher*, quibus inprimis martyrum nomina & supplicia fuere notata. Ex his deinde, vt memoria martyrum eminentiorum pluribus locis coleretur, conflata sunt Martyrologia; & haec iterum Calendariis, cum notatione nominum per plures orbis Christiani regiones receptis, originem dedere. Non solum autem natales martyrum, hoc est, dies, quibus per martyrium nati sunt vitae caelesti, verum etiam dies, quibus corpora ipsorum, siue ossa, vel vera, vel pro veris habita, inualescente superstitioso reliquiarum cultu, sunt inuenta, translata, deposita, atque templa iis dedicata, cultusque adeo constitutus, adcurate fuere notati. Cum vero prouinciae aliae alios praecipue colant sanctos, patronos, diuos tutelares, vti notum, eorumque quos certis diebus venerantur, nomina fastis suis inscribant; fieri non potest, vt iisdem diebus eadem in omnibus adiecta reperiantur nomina, nisi forte Sancti illi fuerint lumina in caelo ecclesiastico vel primae vel secundae magnitudinis, quae coluntur vbique. Porro tempore Lutheri, & proximis ab eius aetate annis retinuerunt nostrates in Calendariis suis nomina Sanctorum in papatu vsitata; vti liquido patet, cum ex ipsorum epistolis, diem, quo datae sunt, nomine Sancti notantibus, tum & e Calendario ecclesiae christianae, a DAV. CHYTRAEO *Chronologiae suae Herodoti & Thucydidi* adiecto. Deinde vero scriptores Calendariorum eccle-

ecclesiasticorum inter protestantes multos eiecerunt Sanctos, vel quod fabulosi, vel quod memoria indigni viderentur, & vel nomina patriarcharum & prophetarum veteris testamenti, vel martyrum euangelicorum, a pontificiis supplicio adfectorum, substituerunt, vti patet, quod quidem ad sanctos V. T. attinet, e Calendario, quod **SETHVS CALVISIUS** in fronte operis sui chronologici exhibet. Praeterea hinc inde multa etiam noua, nec cum sancto aut sancta aliqua communia nomina principum utriusque sexus, ob celebranda nominalia & hilaria aulica, Calendariis sunt inserta. Estque adeo mira hodie apud nos nominum diebus adscriptorum in fastis diuersarum prouinciarum diuersitas; neque speranda vnquam, neque vero magnopere optanda consensio, cum sufficere possit, qui in celebrandis festis primariis, & diebus apostolorum memoriae sacris, manet contentus.

Notas, his illustrandis paratas, pagina non capit.

VI. Restant iam paucis indicanda oratorum, qui in panegyri imminenti, quam frequentem exoptamus, de memorabilibus Britannicis, maxime ad rem litterariam, & religionem spectantibus, verba facient, nomina, & orationum argumenta. Dicent autem tres classis selectae alumni, multis nominibus ornatissimi, florentissimique,

IOANNES RVDOLPHVS LATTERMANN, **GOTHANVS.**

de Academiis Magnae Britanniae, earumque institutis admirandis;

OTTO CHRISTIANVS HELBIG, **GOTHANVS.**

de Societate scientiarum regia Londinensi; &

IOANNES CONRADVS SEYFFART, **WALTERSHVSANVS.**

de Societatibus propagandae religionis, & emendandorum morum causa in Britannia institutis.

Hosce vt comiter benigneque audire, & panegyri hanc nostram spectabili praesentia cohonestare dignentur **ILLVSTRES MAECENATES**, **EPHORI VENERANDI**, **MVSARVMQVE FAVTORES OMNIVM ORDINVM AMPLISSIMI**, **HONORATISSIMIQVE**, non meo solum, iuuenumque ad dicendum proditorum, sed & publico nomine, summa obseruantia summoque studio oro atque contendo.

P. P. D. V. A V G. A. C I O I O C C X X X V I.

III K Kalender

III